UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXI. De officio Judicis ordinarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

c. 3. & 4. ſolet in quemquam transferre, Leg
eod. in 6. nis enim officium pars eſt Apoſtolicæ
Multum licitudinis, non plenitudo poteſtatis.
2. qu. 1.

8. *Quibus modis finitur jurisdictio Legati?*

Gl. ad c. 3. Morte ipſius Legati, revocatione
V. finitur dati, temporis lapſu, diſceſſu e Pr
eod. in 6. cia, cum animo non redeundi. N
iam morte Pontificis, qui eum c
c. 2. eod. tuit. Quamvis enim Legati vices
in 6. gerant: reputatur tamen velut ord
eorum jurisdictio, & ſic magis du
quam ſit delegatorum.

De officio Judicis ordinari
TIT. XXXI.

Poſt judices, qui extra ordinarium
tifice conſtituuntur, quippe etiam
dinariam jurisdictionem exercent,
les ſunt Legati, ſequitur de judicu
dinariorum officio in genere.

1. *Quis dicitur Iudex ordinarius?*

JUdex ordinarius eſt, qui propriam
bet jurisdictionem, quam jure ſu
jure Eccleſiaſticæ dignitatis ac mag
tus, quo fungitur, exercet, quæ hoc
dicitur *Audientia.*

2. *Iurisdictio ordinaria quibus modis acquiritur?*

Tribus, vel jure communi, id eſt, Legum & Canonum diſpoſitione, vel præſcripta conſuetudine, vel privilegio S. Pont. aut Principis.

3. *Quibus competit hæc jurisdictio.*

Competit ea Patriarchis, Archiepiſcopis in ſuis provinciis, id eſt ſingulis in ſua diœceſi; Abbatibus in ſuis cœnobiis, & Præfectis in ſuis collegiis. Sed & S. Pontifex quamvis, ordinarios ſub ſe habeat, tamen tanquam Paſtor & judex totius orbis Chriſtiani judicat & corripit. *c. 3. & c. Quanto 7. h. t. can. Cuncta IX. qu. 3.*

4. *In quos competit ordinaria jurisdictio?*

Competit Epiſcopo in Clericos ſuæ diœceſis, imo & reſpectu criminum Eccleſiaſticorum (ut ſunt Simonia, hæreſis, adulterium, quando agitur ad ſeparationem thori) etiam in laicos, tametſi quidam Clerici alios judices habeant Epiſcopis inferiores, quibus immediate ſint ſubjecti, ut Decanum & Capitulum; quia Epiſcopi ſunt judices ordinarii omnium & ſingulorum Clericorum ſuæ diœceſis, niſi qui ab ordinaria jurisdictione ſint exempti. *c. Tua in f. D. procur. can. De perſona XI. qu. 1. c. pen. h. t.*

5. *Circa quæ verſatur officium & po[teſtas] hujusmodi jurisdictionis?*

Præter ea, quæ ſunt ordinis Epiſco[pa]lis, puta ordinare Clericos, conſec[rare]
c.h.t. & c. Eccleſias & altaria, Chriſma conf[icere]
c. 7. eod. &c. poteſtas jurisdictionis Epiſcopal[is]
in 6. his fere verſatur: in vitia ſubdito[rum] inquirere, pro tribunali in qualibe[t par]te diœceſis ſedere, cauſſas tam c[iviles]
c. Poſtul. quam criminales per ſe vel per Vica[rium]
21. De ho. ſuum examinare, crimina punire, [im]plorato etiam, ſi opus, brachio (u[t lo]quuntur) ſeculari, id eſt, auxilio [magiſtratus]
c.11. h.t. d. laici: Parochias & Monaſteria [diœce]-
c. 7. eod. ſis ſuæ viſitare, mores corruptos in [vi]ſitandum corripere & corrigere & [negli]gentiam eorum ſupplere, qui in ſu[bditis] ſuis corrigendis fuerint negligentes, [&c. id] genus alia multa.

6. *Habentne jurisdictionem Archiep[iſcopi] in ſuæ Provinciæ Epiſcopos aut [eo]rum ſubditos?*

Habent quidem in Epiſcopos [ipſos] ſuæ Provinciæ, verum in eos, q[ui in] Provincia Epiſcopis ſubjecti ſunt, [juris]-
c. 8. & 9. dictionem in prima inſtantia, id eſt, [ante]
hoc tit. appellationem, non habent, ſed de[mum] cauſa per appellationem ad eos de[voluta].

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta: niſi alias vel conſuetudine, vel ex privilegio jurisdictionem in eos accepe-rint. Unde nec cogere ſuffraganeum alicui ſubditum Archiepiſcopus poteſt, ut cauſſæ alicujus delegationem invitus ſu-ſcipiat. *d.c.9.c Paſtoralis 11. eod. c.8. §. fin. in f. De exceſſ. Prælat.*

De Officio Judicis.

TIT. XXXII.

Superius actum fuit de diverſorum Judi-cum, ut Delegati, Legati & Ordinarii officiis & poteſtate in ſpecie, hic expo-nitur officium Judicis in genere.

1. *Quis dicitur Iudex?*

JUdex eſt, qui publicam habet de cauſ-ſis & cognoſcendi & judicandi poteſta-tem, quam appellant jurisdictionem, vo-cabulo jurisdictionis late ſumpto.

2. *Quod eſt officium Iudicis?*

Eſt poteſtas lites dirimendi, punien-di, aliaque gravamina tollendi. Nam pleraque alia ad officium judicis ſeu jus dicentis (quod latiſſimum eſſe ſcribit J. C.) pertinere dicuntur, tam extra judicium, quam in judicio: ut cum litiganti, qui caret Advocato, dat Advocatum: cum ſupplet ea, quæ vel partibus, vel Advo-catis *l. 1. D. de jurisd. c. 1. hoc tit. c. 3. ſup. De Poſtul. Præl. & l. un. C. ut quæ deſ. advoc. p. c. 2. hoc t.*